Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375812938/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft




Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375812938/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

# VOTIVI APPLAUSUS
QVIBUS
## CLARISSIMUM, NOBILISSIMUM
ATQVE DOCTISSIMUM DOMINUM,
## DOMINUM
# JOHANNEM AUGUSTUM KAYSECKERUM,
**Phil. Bacc. & S. S. Theol. Stud.**

Licht. Schoenb.

in celeberrima Lipſienſ. Academia

*d. 16. Febr. 1719.*

Summis in Philoſophia honoribus

ornatum excipiebant

quidam

## MÆCENATES, PRÆCEPTORES
ATQVE FAUTORES.

---

*LIPSIÆ,*
LITTERIS JOHANN. GOTTLIEB. BAUCHII.

MUnera diſtribuit Phœbus virtutis & artis,
Quæ chorus Aonidum non ſine laude refert.
Fronde virente comas exornat laurea Phœbi
Inde Tuas, Sophias qui ſub amore cales.
Hoc decus eximium grator Tibi, chare Camœnis
Munera ſintque Tibi plura futura precor.

D. JOH. CYPRIANUS,
Theologiæ Profeſſor Ordinarius, Canonicus Miſenenſis, Academiæ octavum RECTOR.

---

PRæmia ſic dantur Tibi nunc Perdocte Magiſter,
Digna Tuis ſtudiis, digna labore Tuo.
Scilicet haud deeſt virtuti ſplendida merces,
Strenuus hanc cultor poſcere jure poteſt.
Poſcis & hanc merito, Juvenis Doctiſſime; verum
Non opus eſt, veniat quum Tibi ſponte ſua.
Gratulor hinc, ſimul &, quod ſi licet, omnia jungo;
Præmia mox major prima ſequetur honor.

*Æſtumatiſſimo ſuo Auditori ſupremum in Philoſoph. Gradum ita gratulatur*

D. JO. SCHMIDIUS, P.P. & Conſiſtorialis.

---

*Seneca Lib. de Moribus.*
Bonum eſt laudari, ſed præſtantius eſt eſſe laudabilem.

SO iſt es denn zwar gut und zu dem Glück zu ſetzen,
Daß man Ihn Werther Freund, ietzt lobt und promovirt.
Daß aber müſſen wir vor mehr und beſſer ſchätzen,
Daß ſolche Ehre Ihm mit allem Recht gebührt.
GOtt ſeegne fernerweit Sein rühmliches Studieren;
So wird Euſebie mit höhern Glantz Ihn zieren.

f.
L. ROMANUS Teller,
Archidiaconus zu St. Nicolai.

TE Charites finxere, favens Te finxit Apollo
KAYSECKERE, decus deliciumque ſibi.
Jam properant plauſuq; probant, quos prendis honores
Et blandæ Charites Aonidumque chorus.

*Hæc ſumma cum gratulatione ſcripſit novis honoribus*
*Clar. DNI. KAYSECKERI adplaudens*

L. FRIEDERICUS GUILIELMUS SCHÜTZ,
Diaconus zu St. Nicolai.

---

ACcipe pro meritis Laurum, virtutis honorem,
Quam nunc Caſtalides impoſuere tibi.
Famam auge patriæ, majorum tramite curre,
Queis Schœnburga Domus præmia digna dedit.
Hæc Laurus tibi ſit pignus majoris honoris
Ad meliora tibi moxque paretur iter.
Ut Deus omnipotens magnus moderator Olympi
Impleat hæc, opto cordicitusque precor.

*Nobiliſſ. & Clariſſ. Dno. Candidato his ex animo*
*gratulatur*

L. U. G. SIBER, P. P.
Antiq. Eccleſ. ad D. Th. Eccleſiaſtes.

---

Auff Arbeit folgt der Lohn nach unverdroßnen Fleiß,
Ehrt Phœbus ſeine Freund mit ſchönen Ehren-
Cronen,
Und Wiſſenſchafft behält doch ieder zeit den Preiß;
GOtt will die Tugend ſelbſt aus Gnaden reich belohnen.
Und das wird, werthſter Freund, auch heut an Dir erfüllt,
Auch dieß beſtätiget nunmehro dein Exempel:
Dein Ehren-Tag bricht an, da dein Vergnügen qvillt;
Dir öffnet ſich bereits der ſchöne Ehren-Tempel.
Nun fahre ferner fort im angefangnen Werck
Laß Dich im ſelbigen nicht das geringſte halten;
Der HErr GOtt Zebaoth ſey deine Hülff und Stärck;
Der wolle über Dir mit ſteter Gnade walten.

Seine hertzliche Gratulation gegen dem Herrn Candidaten
zu bezeugen ſchrieb ſolches

L. GEORG. PHILIPP. OLEARIUS, P. P.
& Maj. Pr. Colleg. h. t. Præpoſitus.

TE quoque, quos olim docuit mea Muſa, bonorum
In numerum retuli, nec retuliſſe piget,
Innumerum videam cum Te retuliſſe ſuorum
Doctorum, quos jam Lipſia noſtra creat,
Eſt titulus bonus hic, ſed ſi vis credere verbis
Forte meis præſtat dicier eſſe bonum,
Hoc age, vir bonus ut ſemper, bonus atque Magiſter,
Docta mihi bonitas perplacuiſſe ſolet.

*His paucis Nobil. Dno. CANDIDATO, Auditori ſuo dilectiſſimo, doctam pietatem. porro quoque commendare voluit*

M. Johann Gottlob Pfeiffer,
P. P. Extr.

---

Geh nur, Werther, voller Muth
In der Reihe der Magiſter,
Die bekannten neun Geſchwiſter
Sind Dein irdſches höchſtes Gut.
Denn die Künſte, ſo ſie lieben,
Haſt Du mit Verſtand getrieben.

Muſen lieben Berg und Thal,
Phæbus liebt der Berge Höhen;
Die aus dem Gebürg' entſtehen
Sind offt in der Weiſen Zahl.
Da Dich Phœbus hat erhoben,
Wird Dich das Gebürge loben.

Glückwünſchend geſchrieben
von

M. Gottfried Polycarp Müller,
P. P. Extr.

---

Ein Redner ohne Kunſt, ein Künſtler ohne Rede
Sind von gar ſchlechten Ruhm, ja kaum der Rede
werth:
Wer bey der Weißheit ſtum̃, und ohne Weißheit lehrt.
Liegt ſeiner Ehre nach bey uns gantz wüſt und öde.

Wo aber beydes iſt, das Wiſſen und das Lehren
Da fehlts am Lobe nicht, So urtheilt unſre Welt.
Und ja ſie fehlet nicht, wenn ſie das Urtheil fällt.
Denn was vollkommen iſt; ſoll man am meiſten ehren.
Mein Freund, Sie haben ſich der Wiſſenſchafft ergeben,
Auch die Beredſamkeit vor langer Zeit geliebt;
In Beyden haben Sie beſtändig ſich geübt,
Sie können alſo auch in guten Ruhme leben.
Der blaue Violet ziert ihre weiße Haare,
Und die beredte Zung legt uns das M. in Mund,
Wie man Sie nennen ſoll von gegenwärtger Stund.
Mein Wunſch iſt, daß zum Ruhm ſich was Reales paare!

Dieſes ſchrieb glückwünſchend

M. Jo. Georg Hoffmann,
S. S. Theol. Baccal.
und Veſper-Prediger zu St. Nicolai.

---

NEc Te jam pigeat Parnaſſi carpere flores,
Tu qui lumen eras, deliciumque domus.
Jam Tu ſplendeſcis, Te ſignant culmina Pindi,
Cui Laurus viridi cingit honore caput.
Talia præclaris ſolvuntur præmia factis,
Hoc poſcit pietas, aſſiduusque labor.
Kaysecker e meus dulcor, ſpes læta ſororum,
Huc talos flectas, ſcande viamque tere
Aſpice de cœlo longe fulgentia ſigna,
Marmore Phidiaco ſegmina plura tenent.
Aſpice quam ſtatuat meſſem Tibi Lipſia dulcis,
Præſcia veturi, rura paterna coles.
He procul Momi, ceſſent ſuſpiria Fauni
He procul ſplendor ingemuiſſe, vetat.
Tempus erit ſvavi tua cum veſtigia cantu
Doctorum vatum turba canora colet.

Emicat

Emicat in tiliis en formoſiſſima laurus,
In virgis virtus conſpicienda viret.
Gemmam de lauro ne dedignere recentem,
Qvam Tibi de Pliſſi littore diva ſerit.
I promptus puppique ſacra pete cingula frondis,
Mercibus Aſſyriis curre onerare ratem.

*Suprema in artium area ornamenta*
*Nobili Juveni, Domino*
*JOANNI AUGUSTO KAYSECKERO, Licht. Schoen.*
*Auditori ſuo quondam grato acceptoque prout fert antiqua religio, gratulatur,*
*De eadem a cœlo fauſta fortunataque in ſacrorum decu, & familiæ, quæ præter patesna merita SCHILLINGIIS ac FEUSTIIS, claris Ephoris circumſcribitur, incrementum ſalutare, præcatnr*

M. JOANNES DOPPERTUS,
Rector Lycei Schneeberg.

---

Einbildung iſt die Peſt, wie Pocken bey den Kindern,
Ein Krebß, der um ſich frißt, ein rechter Unglücks-Gaſt,
Sie muß zur Straffe ſich in Glück und Ehren hindern,
Und machet Sich bey GOtt und Menſchen ſelbſt verhaſt.
Die Demuth aber iſt der ſchönſte Schatz der Tugend,
Sie ſchmiegt uud bieget ſich, wie dünne Luft durchſtreicht
Da iſt der Weißheit Sitz, auch bey der frommen Jugend,
Die Demuth wird geehrt, die keinem Golde gleicht.
Er iſt, mein werther Freund, ein Feind der ſtoltzen Sinnen,
Bey dem die Gottesfurcht und Demuths-Probe gilt,
Daß zeigt ſein ſtiller Geiſt, ſein Fleiß und ſein Beginnen,
Es lebt annoch in Ihm des theuren Vaters-Bild.
Drum folgt ihm heute nach der Tugend Cron und Ehre,
Die zur Belohnung Ihm auch beygeleget wird,
Ich wünſche Glück darzu! GOtt ſeegne Ehr und Lehre,
So wird Er mit der Zeit ein treuer Seelen-Hirt.

Alſo gratuliret hertzlich
Johann Samuel Sachſe,
Diaconus in Lichtenſtein und Paſtor in Rödlitz.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375812938/8
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

EGregie fraudes pingebas orbis, Amice
Queis ſe non raro decipit ipſe miſer.
Vidit hoc ex Pindo, qui fraudes odit Apollo
Vidit, & hic mihi vix decipietur, ait.
Nec data verba Tibi, data nunc Tibi juſta corona.
Sic quoque ſpe nulla decipiare, precor.

συγχαίρων appoſuit

Joannes Jacobus Scheubnerus,
Paſtor Langendorff.

---

ARtibus inſignes ſubeunt Palatia qui ſunt
En Tua, Phœbe, fave! ſplendida dona rogant.
Vos o Pireides manibus quoque plaudite veſtris!
Ludite cum cithara, carmina docta date!
Dulces nunc habili impellite pollice chordas!
Ad laudes juvenum flectite rite ſonos!
Mittite Lipſiacæ certatim munera Nymphæ!
Perque vias urbis Serta ferenda date!
KAYSECKERE veni! diſpenſat munera Phœbus.
En age, quid ceſſas? annuit ille, roga!
Splendida vota cadunt, decoret dum tempora laurus,
Largiter ex animo queis mea jungo pio.
O ſuperi ſemper diſpenſent fata benigna,
Dignaque doctrinis & pietate Tua.
Auguror, Euſebies claros optabis honores.
Jam reor & meritos hos ſtatuiſſe Deam.
Lipſiacis tandem noſtris digreſſus ab oris,
Kayseckere, memor, quod rogo, vive mei.

M. Scipio Carolus Jo. Casparus Rumpff,
S. S. Theol. Baccalaureus.

---

TEmpora ſacrata quondam redimita corona
Ejus, qui patriæ facta decora dedit.
Propter ſervatos decreta eſt civica cives,
Caſtrenſem victa ob mœnia miles habet.
Claſſica, qui claſſem primus conſcenderat hoſtis,
Redditur, & victor laurea ſerta gerit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375812938/9
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Et ſic Aonidum fortis qui caſtra ſecutus,
Splendida virtutis proemia ferre ſolet.
Pythius ejus enim lauru caput ornat Apollo,
Ac illi remanet Gloria, fama, decus.
Chara PATRIS ſoboles PRÆCLARI, FAUTOR AMICE
Magna domus qui ſpes, deliciæque MATRIS!
Tu bene Lipſiacis certaſti miles arenis,
Ut fortis noſtro pulvere ſemper eras.
Inclyta quapropter lauru tituloque Magiſtri
Lipſia Te mactat, Pindus & altus amat.
Nos omnes merito meritos gratamur honores,
Quos labor & pietas promeruere Tibi.
His tandem gratum munus DEUS OPTIMUS addat,
Impiger ut DOMINI doctor in æde ſies.

*veteris amoris bonique ominis ergo hic appoſuit*

Michael Hoffmann, Con-R. Schneeberg.

---

KEISECKERE, novem redimunt tua tempora lauris
Numina fatidicis; gaudia mente fove.
Faſcia Puniceos retinet jam lege capillos,
Includit digitos ſplendida gemma tuos,
Adſcendit placidum Trojæ munitor Olympum
Inſignis cupiens hæc Tibi ſerta dare.
Cultus materiam ceſſit ſolertia Phœbo,
Ingenioſa Lyræ preſſaque fila manu,
Sorte bona lætor, multos adoleſcat in annos,
Perpetuos faſtos ſervet imago tua.
Hoc decus & Titulum decurrent Carmina laude,
Usque modos tenetos Pallas amica vetat.

*In laudem & honorem*
*Clariſſimi atque Doctiſſimi Dom. Magiſtri KEISECKERI*
*Amici ſui honoratiſſimi hæc addidit*

M. JOH. GOTTOFREDUS HARTENSTEINIUS

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375812938/11
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375812938/12
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft